







QUESTIO CXVII.

assignari vtra decem dies. communis tamen vtrique parti: quia in fauorem creditorum est introductum a iure nostro Regio, vt instrumenta guarentigia mandentur exequutioni...

Quero 1. octauo, an elapsis decem diebus datis per vno l. Regiam ad probandum exceptionem legitimum, ante sententiam tamen, tam ille contra quem petitur exequutio, quam actor possit petere, vt altera pars iuret & declaret de calumnia...

Limitarem tamen hoc, nisi post didicita testificata actor peteret dictum terminum: quia tuc adest alia ratio iuris contraria, quod id prohibet nemp propter timorem subornationis testium...

His tamen non obstantibus, contra sententiam imo quod actor non solum compellatur iurare decitorie, pro ut concedit Auendan. vbi supra...

SUMMARI A

- 1. Iuramentum calumnie, an possit peti, quod praestetur in causis exequutiois post lapsum decem dierum opposuionis & sequenti, quod sit.
2. Probatio quando conditionaliter fieri debet intra certum tempus praefixum a l. non sufficit, si postea fiat.
3. Probationem per confessi, nem partis dicitur vera probatio...

nouissime probauit Doct. Azeved. in l. 2. n. 13. tit. 21. lib. 4. Non. Collect. Reg. dicens, quod ita in praxi communiter obseruatur cum Suarez, rex ex officio iubeat iudex iurare de calumnia, siue ad petitione partis contra Aluar. Velasci qui id concedebat ex officio iudicis...

eadem ratione possit alium terminum petere ad probandum etiam testibus, vt supra etiam dicitur quosio, praecedenti conclusimus: Quo fit, vt hec opinio apud me indubia sit...

Restat, vt dicamus, an idem sit in reo ad instantiam actoris; vt compellatur iurare de calumnia & decisorie, vt transalitis decem diebus ad fundandum intentione eiusdem actoris, sicut compelleretur intra decem dies...

Secunda limitatio est, vt intelligatur supra dicta sententia, quando cumq; est praesens actor petens exequutionem, cui defertur iuramentum vel a quo exigitur de calumnia, ita quod statim potest iurare & respondere...

SUMMARI A

- 1. Lex 64. Tauri an procedat etiam contra tertium oppositorem de cuius iure constitit & non sequens, resoluuntur negatiue.
2. Causa commissa appellatione remota, non prohibetur tertius appellare pro eo, quod sua interesse putauerit.

L. 64. Taur. hodie l. 3. tit. 12. lib. 4. Nou. Collect. Reg.

QUESTIO CXVIII.

Quero an l. 64. Taur. qua hodie est l. 3. tit. 12. lib. 4. Non. Collect. Reg. ibi. Que el remate se haya como la dicha ley la dispone sin embargo de qualquier apelacion que dello se interpusiere...

Sed nihilominus contrarium est tenendum per textum in super eo, de officio delegati ibi. Quia non ille, sed parsibus &c. Vbi probatur, quod clausula, appellatione remota intelligitur tantum inter partes litigantes...





